los, proventuſque a Pontifice petiit; ultro collatos ita accepit, ut rei familiaris Præfecto illorum adminiſtratione tradita, cum ob ejus probitatis fideique conſcientiam, tum ob rerum ipſarum neglectum, accepti datique rationes nullas exigeret, interdum dumtaxat ſciſcitatus, num ad quotidianos, vel novos ſumptos, atque eleemoſynas cum primis faciendas ſuppeterent neceſſaria. Olim ipſum audivi ex animo dolentem de quingentis argenteorum, quæ annuatim Franciſcus Cardinalis Barbarinus, profuſæ in eum exiſtimationis argumento, ipſi legaverat: quod tanti Viri munificentia in his pauperibus erogandis impenſior ipſi acceſſerit cura. Etenim ſumma ejus erat ſollicitudo, de Eccleſiaſticis, annuiſque proventibus non modicam partem, immo præter neceſſarios domeſticæ rei ſumptus, totum reliquum egenis impartiri. Quocirca certum apud ſe deſcriptum habebat familiarum numerum, quarum vel gravis inopia, vel anguſta res eſſet; ſinguliſque ſubveniendis ſtatam pecuniæ ſummam ſingulis menſibus deſignaverat. Plurimis etiam, quos tam duræ neceſſitatis angor urgebat, quam honeſtæ conditionis pudor coercebat, occultis, largiſque ſubſidiis ſic opitulabatur, ut, juxta divinum monitum, neque ſiniſtra noverat quod in abſcondito porrexerat dextera; quorum nullum prorſus extitiſſet indicium, niſi ſecuta ejus morte communis luctus, & lamentatio, effuſæ in omnes hujuſmodi miſericordiæ monumenta prodidiſſet.

Quibus jam ſatis nihil in humanis fuiſſe, cujus ſenſu tangeretur, atque id unum cordi habuiſſe, ſcilicet uni Deo ſervire, eique in omnibus placere, quem ſibi agendorum omnium finem unicum conſtituerat, & ex intimis viſceribus ſincera Caritate diligebat; illud uſurpans identidem: *Omnia vanitas: præter amare Deum*. Quapropter in ipſum ſummum bonum, munificentiſſimumque conditorem, & conſervatorem ſuum mens erecta, vel in mediis hominum congreſſibus, jucundiſſimos ſermones de Deo miſcebat, & ſingulari quadam dulcedine hujuſmodi colloquiis delectabatur. Hinc aſſiduis licet divinarum rerum commentationibus deditus, antelucanas horas contemplationi, & orationi quotidie dabat. Juge Sacrificium, præmiſſa bis, terve in hebdomada exomologeſi, ſumma cum religione ac pietate offerebat; erga Deiparam Virginem ſingulari cultu & devotione ferebatur; S. Parentis Dominici, Thomæ Aquinatis, Vincentii Ferrerii opem ac interceſſionem apud Deum aſſidue implorabat, eorumque, ſicut aliorum ſui Ordinis Sanctorum, virtutes imitandas ſibi proponebat vehementiſſime. Hinc illa animi magnitudo, & zelus ardens, quibus pro chriſtiana diſciplina, & religione catholica, nixus Deo, perpetuo decertavit, atque in illis promovendis, tuendiſque, implacabile bellum fidei hoſtibus indixit, quoſque adortus eſt ſemel, acriter oppugnavit; quos oppugnavit, ſtrenue vicit, omnes ipſis evadendæ vel illudendæ veritatis latebras ſcriptis ſuis occludens; ut omnium conſenſu Fidei adſertor, ac Religionis vindex jure appellari mereretur. Itidem Chriſtianam illam ſortitus eſt veram prudentiam, non quæ ſimulationis fuco, technis fallaciiſque involvitur, ſed quæ cum ſimplicitate, animique candore conjuncta, a Columbæ ſenſu non abhorret. Hac duce & comite, cum in omnibus actis ſuis regendis, tum maxime uſus eſt in Comitiis pro eligendo Pontifice, quibus iterato interfuit, perſonam gerens ſuam omnium commendatione probatiſſimam. Nec quippe mihi fas eſt quidquam hic commemorare eorum, quæ in ſacroſancto illo Senatu ab ipſo, vel de ipſo agebantur; cum hujuſmodi ſint, quæ vel publica fama omnium jam aures impleverint, vel graviſſimis, pauciſque arbitris nota, noſtram lateant parvitatem.

Ergo his ceteriſque dotibus, quibus præclariſſimam purpuram ſplendidiorem fecit, eximia præbendo documenta, quam exempla virtutum, grande vitæ ſuæ ſpatium perficiens, illam attigit metam, in qua ab hujus mortalis vitæ ſtadio ad bravium cæleſtis Patriæ conſequendum vocabatur. LXXVIII. ætatis ſuæ impleverat annum, quo confectus ſenio, ac laboribus fractus, adflictione pectoris, reſpirationis difficultate biennio fere cruciatus, diſſolvi ſenſim jam præſentiens, ac frequentiſſime prænuncians; Idibus Septembris Anno MDCCXLII. vi morbi adeo contabuit, ut jam prope ad extrema deduci ipſe cognoverit. Ceteris namque incommodis, acuta febris, cum urinarum ſuppreſſione, acceſſit ultima hominis pernicies. Nihilo tamen ſecius, ob Dominicæ Crucis reverentiam, cujus inſequenti mane Exaltationis memoria agebatur, ſupremo labentium virium conatu a lecto ſurgere, & ſacris operari devotiſſime voluit. Factum. At vero gravius inde decumbente, Medicorum ſententia pronunciatum de ejus vita prorſus actum eſſe. Lethale nuntium tranquillitate animi, ac vultus ſerenitate excepit, quaſi id eſſet de quo certiorari diu concupierat; ſtatimque ſciſcitatus eſt ardentiſſime cuncta ſibi exhiberi Catholicæ Religionis munimenta, quæ ad æternitatis iter aggrediendum conferuntur. Quibus rite procuratis, totius anteactæ vitæ noxas corde & ore palam deteſtatus, potiſſimum vero neglectæ temporis ingeniique diſpenſationis veniam precatus, divini Corporis viaticum robuſta fide, ac religione ſuſcepit. Poſt hæc ea facultate uſus, quam Clemens XII. ipſi conceſſerat, transferendi quas vocant penſiones, aliquas familiæ ſuæ nobilibus viris adſignavit, gratam

gratam erga eos ſui ultimam exhibens voluntatem. Interea per Urbem de extremo tanti viri periculo vulgatus rumor, gravem pro omnium in eum exiſtimatione concitavit triſtitiam, quam poſt ejus mortem dolor, & luctus excepit. Porro Summus Pontifiex Benedictus XIV. Eccleſiæ clavum feliciter regens, qui in omni fortuna noſtrum intime noverat, & ſingulari dignitate ornaverat; cujus etiam perſonam & ſcripta, in eruditiſſimis Operibus ſuis ante Pontificatum, maximo litterariæ & Chriſtianæ Reipublicæ incremento editis, honeſtiſſime commendaverat; decumbentem perhumaniter convenit, vigilantiſſimi, ac ſummi Paſtoris officia, nec non paternæ benignitatis clariſſima ſigna præſtiturus. Sed jam morbus urgebat atrocius, & Gottii pietas, quæ totius vitæ ſuæ curſum illuſtraverat, clarius emicabat. Defixo nimirum in Jeſum Crucifixum oculorum obtutu, fidei, ſpei, charitatis repetitis actibus, ipſi devotiſſime hærebat, lacrymas precibus miſcens, donec linguæ potens fuit. Aderat illi ſupremum tempus. Igitur ſenſibus integer, Sacerdotis monita, ac pias voces oculorum nutibus ad extremum uſque ſpiritum avidiſſime excipiens, ſereno vultu, ac placido agone, inter ſuorum preces & lacrymas mortalis vitæ diem clauſit extremum, annos natus LXXVIII. & tredecim dies. Tanti Cardinalis jactura, cum probos omnes, tum potiſſimum Prædicatorum Ordinis Fratres vehementiſſime affligit. Namque intelligebant quantum præſidii, & decoris in præclariſſimo Viro ſublatum eſſet; cui vix unquam foret eventurum ulla conſolatione poſſe mederi. Sed & Bononienſes ejuſdem familiæ Alumni, Patriæ gloriam, Cœnobii columen, omnium Patrem planctu amariſſimo collacrymati, Patrono beneficentiſſimo, amantiſſimo Patri, in perenne haud mœroris, quam gratitudinis monumentum, anniverſario funere parentare impoſterum decreverunt.

Mox poſt ejus mortem apertis ſupremis tabulis; quæ fuerit erga egenos & pauperes ejus charitas & miſericordia, quodve promovendæ religionis, & ſcientiarum ſtudium & ardor, ex ipſis palam innotuit. Etenim eorum, quæ non ex dono Principum, ut nonnulli, nondum explorata re, temere imprudenterque blaterabant, minus ex Eccleſiaſticis proventibus, quos fidelis œconomus in manus pauperum adhuc vivens concluſerat; ſed partim ex privati largitoris munificentia, partim ex parſimonia victus, aliiſque obventionibus ſibi ſubtraxerat; fiduciarium hæredem inſtituit Bononienſe Cœnobium, hac ſcilicet ratione, ut annui reditus, æquas in partes diſtributi, tum in nubilium puellarum dotes, & pauperum uſus, tum in Eccleſiæ cultum, & librorum coemptionem univerſi erogarentur. Nepotibus vero ſuis ex Fratre, graviſſimis conſcientiæ ſuæ arbitris auditis, tenuiſſimam bonorum partem ſubſidii cauſa ſemel legavit. Sic pietati, miſericordiæ, Religioni perpetuo indulſit, perenne totius vitæ ſuæ præbens monumentum. Altero ab ejus obitu die, in Minervitano Prædicatorum Templo, a Sacro Cardinalium Collegio, Pontifice ipſo præſentia ſua funus cohoneſtante, juſtis rite ac ſolemniter perſolutis, ejus cadaver ad S. Xyſti, cujus tituli Cardinalis erat, quemadmodum præfatis tabulis diſpoſuerat humili deponendum loco translatum eſt, ac ſibi ſepulcrali lapidi inſcriptione deſignata,

HIC JACET
FR. VINCENTIUS LUDOVICUS GOTTI
BONONIENSIS
ORDINIS PRÆDIC.
S. R. E. HUJUS ECCLESIÆ TITULI
PRESBYTER CARDINALIS
EXPECTANS CARNIS
RESURRECTIONEM.
VIXIT ANN. LXXVIII. DIES XIII.
OBIIT XIV. KAL. OCTOB. MDCCXLII.

Hic præſtantiſſimi Viri exitus, quem P. M. F. Auguſtinus Ricchinius Caſanatenſis Theologus in eleganti ejus Vitæ commentario hoc ornatiſſimo decoravit elogio:

Vir fuit ſtatura corporis decenti, oris habitu liberali, ad modeſtiam & gravitatem compoſito, colore ſubpallido, ac fere albicante, fronte lata, amplis oculis, facie tranquilla, ac verecunda, ſuperiore labro dextrorſum tumidulo, humero, dextro paullo prominentiore, ſed citra deformitatem, ut quidquid hoc eſſet vitii vix deprehenderetur. Emicuit in eo perſpicacitas ingenii ſumma, judicium acre, ac ſolidum, ſtudium pertinax, ampla eruditio, rara dicendi ſcribendique facilitas, cum eximia doctrina & perſpicuitate conjuncta. Ad mores quod attinet mitiſſimo fuit ingenio, facili, atque humaniſſima indole, ad bene de omnibus merendum prona; moderatus, & humilis, prudens & candidus, religioſus ac pius, diſciplinæ tenax, Fidei vindex, Religionis adſertor, dignus omnino, cujus animi ornamenta & virtutes omnis conſecutura ætas miretur, ac celebret, cunctiſque litteratis, atque Eccleſiaſticis viris ad imitandum proponat.

NOS FR. THOMAS RIPOLL

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR,
Ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & Servus.

HArum ſerie, noſtrique auctoritate Officii licentiam concedimus Rever. Adm. P. Magiſtro F. Vincentio Ludovico Gotti Provinciæ noſtræ utriuſque Lombardiæ imprimendi Curſum *Scholaſtico-Dogmaticum* ab eodem compoſitum; poſtquam fuerit reviſum Opus, & approbatum ab A. A. R. R. P. P. Magiſtris Fr. Hieronymo Caravadoſſi, & Fr. Dominico Antonio Pazzaglia ejuſdem Provinciæ; ſervatis etiam aliis de Jure ſervandis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. In quorum fidem &c.

Datum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ ſuper Minervam die 27. Julii 1726.

Fr. Thomas Ripoll Magiſter Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Dominicus Ponſi Mag. Exprov. & Socius.

NOI RIFORMATORI

dello Studio di Padova.

COncediamo Licenza agli Eredi Baglioni Stampatori di Venezia, di poter riſtampare il Libro intitolato *Theologia Scholaſtica-Dogmatica juxta mentem D. Thomæ Aquin. ad uſum diſcipulorum ejuſdem Angelici Præceptoris accommodata per F. Vincentium Ludovicum Gotti Ordin. Prædicatorum*, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 30. Aprile 1792.

(Giacomo Nani Kav. Rif.

(Zaccaria Vallareſſo Rif.

(Franceſco Peſaro Kav. Proc. Rif.

Regiſtrato in Libro a Carte 257. al Num. 14.

Marcantonio Sanfermo Segr.

CATALOGUS EORUM,

Quæ hic Primus Tomus in Primam D. THOMÆ Partem pertractat.

TRACTATUS PRIMUS.

ISAGOGICUS.

QUÆSTIO PRIMA.

De exiſtentia, neceſſitate, diviſione, &c. Theologiæ.

Dubium Primum. An exiſtat Theologia, & an ſit neceſſaria? Pag. 1
§. I. Variæ Theologiæ acceptiones. 1
§. II. Neceſſitas Theologiæ ad cognoſcendas res ex revelatis. 2
§. III. Neceſſitas Theologiæ ad res naturali ratione veſtigabiles. 3
§. IV. Quid nomine Theologiæ, ſeu Sacræ Doctrinæ intelligat D. Thomas? 3
Dubium Secundum. De Theologia poſitiva, & Scholaſtica. 3
§. I. Quodnam ſit inter utramque diſcrimen? 3
§. II. Antiquitas utriuſque Theologiæ. 4
Dubium Tertium. De utilitate utriuſque Theologiæ, Poſitivæ, & Scholaſticæ. 6
§. I. Utilitas Theologiæ Poſitivæ. 6
§. II. Utilitas Theologiæ Scholaſticæ. 7
Dubium Quartum. Quid ſit, quidque requiratur, ut aliquid ſit dogma fidei? 9
§. I. Reſolvitur dubium. 9
§. II. Quibus notis dogma fidei diſcernatur? 10
§. III. Quid ſit Doctrina pure Theologica? 12
Dubium Quintum. De variis errorum gradibus. 13
§. I. Quædam præmittuntur. 13
§. II. De propoſitione, ſeu doctrina hæretica. 14
§. III. De propoſitione erronea, & errori proxima. 14
§. IV. Aliæ ſpecies propoſitionum cenſurabilium. 15
Dubium Sextum. An omne dogma Catholicum ſit Fidei dogma, & an omne Fidei dogma ſit articulus Fidei? 16
§. I. Reſolvitur prima pars. 16
§. II. Reſolvitur ſecunda pars. 17

QUÆSTIO SECUNDA.

De Natura Theologiæ.

Dubium Primum. An Theologia ſit vere Scientia; 18
§. I. Quædam prænotantur. 18
§. II. Concluſio. 18
§. III. Objectiones contrariæ. 19
Dubium Secundum. An noſtra Theologia ſubalternetur ſcientiæ Dei, & Beatorum, & an maneat in Patria? 20
§. I. Reſolvitur primum dubium. 20
§. II. Reſolvitur ſecunda Pars. 20
§. III. Argumenta contraria. 21
Dubium Tertium. An noſtra Theologia ſit entitative ſupernaturalis? 22
§. I. Quædam notantur. 22
§. II. Concluſio. 22
§. III. Argumenta contraria ſolvuntur. 23
Dubium Quartum. An Theologia noſtra ſit ſpeculativa, an practica, an utrumque? 24
§. I. Quænam præmittuntur. 24
§. II. Concluſio. 24
§. III. Objectiones ſolvuntur. 25
Dubium Quintum. An Theologia ſit certior, digniorque aliis ſcientiis; & an ſit etiam Sapientia? 25
§. I. Quædam notatu digna pro prima parte. 25
§. II. Primæ Partis reſolutio. 27
§. III. Reſolutio ſecundæ Partis. 27
§. IV. Reſolutio tertiæ Partis. 27
Dubium Sextum. An Deus ſit objectum Theologiæ. 28
§. I. Reſolutio dubii. 28
§. II. Solvuntur contraria. 29
Dubium Septimum. An Theologia ſit argumentativa? 29
§. I. Reſolutio dubii. 29
§. II. Quomodo ſit argumentativa circa ſua principia? 30

QUÆSTIO TERTIA.

De Locis Theologicis.

Dubium Primum. Quid, & quotuplex ſit Locus Theologicus? 30
§. I. Reſolutio dubii. 30
§. II. An ex omnibus præfatis locis æqualiter argumentari poſſit Theologus. 31

Dubium Secundum. De Sacræ Scripturæ uſu in argumentis Theologicis. 31
§. I. Quid ſit Sacra Scriptura, & quotuplex? 31
§. II. An ex quolibet Scripturæ ſenſu Theologus poſſit argumentari? 32
§. III. Reſolutio quæſiti. 33
§. IV. Quænam Scripturarum editio deſervire poſſit Theologo ad certo probandas ſuas concluſiones? 34
Dubium Tertium. De Loco a Traditionibus. 35
§. I. Quid, & quotuplex ſit Traditio Sacra? 35
§. II. Regulæ pro ſecernenda Traditione Divina a pure Apoſtolica, & Apoſtolica a pure Eccleſiaſtica. 36
§. III. Reſolutio dubii. 36
Dubium Quartum. De Loco ab Eccleſia. 37
§. I. De Eccleſiæ definitione. 37
§. II. Reſolutio dubii. 37
§. III. Solvuntur argumenta. 39
Dubium Quintum. De Loco ab Auctoritate Conciliorum. 42
§. I. Quid ſit Concilium, quibus conſtet, & quotuplex ſit? 42
§. II. Duæ priores reſolutiones. 42
§. III. Reſolutio præcipua de Concilio congregato, & confirmato auctoritate Papæ. 43
§. IV. Solvuntur, quæ contra præcedens aſſertum militant. 44
§. V. Solvuntur argumenta ex prætenſis Conciliorum erratis. 45
§. VI. Auctoritas Conciliorum non Generalium. 47
§. VII. De Concilio Generali per Legatos Roman. Pont. celebrato. 47
§. VIII. De Patribus Concilii. 48
§. IX. Auctoritas Concilii relate ad Sacram Scripturam. 49
Dubium Sextum. De Loco ab Auctoritate Summi Pontificis. 50
§. I. Aliqua prænotantur. 50
§. II. Romani Pontificis infallibilitas aſſeritur. 50
§. III. Referuntur contraria, & ſolvuntur. 52
§. IV. Argumenta ex Pontificum erratis, & invicem pugnantibus definitionibus. 56
§. V. Argumenta ex teſtimoniis Pontificum, & Conciliorum. 58
Dubium Septimum. Locus ab Auctoritate Sanctor. Patrum. 61
§. I. Quædam præmittuntur. 61
§. II. Aſſertiones ſtatuuntur. 61
§. III. Solvuntur argumenta contra ultimam concluſionem. 63
Dubium Octavum. Locus ab auctoritate Theologorum Scholaſticorum. 65
§. I. Aliqua præmittuntur. 65
§. II. Statuuntur aſſertiones. 65
Dubium Nonum. Locus ab auctoritate Juris Pontificii Doctorum. 66
§. I. Theologi, & Canoniſtæ invicem comparantur. 66
§. II. Reſolutiones dubii. 67
Dubium Decimum. Locus a rationis naturalis, & ſententiarum, & Philoſophorum auctoritate. 68
§. I. Reſolutio primæ Partis. 68
§. II. Locus ab auctoritate Philoſophorum. 69
§. III. Locus a Juris Civilis auctoritate. 70
Dubium Undecimum. Locus ab Hiſtoriæ humanæ auctoritate. 71
§. I. Hiſtoriæ humanæ Theologo utilitas. 71
§. II. Hiſtoriæ humanæ in Theologicis auctoritas. 71
§. III. Regulæ diſcernendi inter Hiſtoricos. 72

TRACTATUS II.

De Deo, ejus exiſtentia, natura, & attributis.

QUÆSTIO PRIMA.

De Exiſtentia Dei.

Dubium Primum. An Deum exiſtere, ſit per ſe notum? 73
§. I. Aliqua prænotantur. 73
§. II. Prima, & ſecunda aſſertio. 74
§. III. Tertia aſſertio. 74

Dubium Secundum. An de Exiſtentia Dei dari poſſit ignorantia invinciblis? 75
§. I. Aliqua prænotantur. 75
§. II. Statuuntur aſſertiones. 76
è. III. Solvuntur objectiones. 76
Dubium Tertium. An Deum eſſe, ſit demonſtrabile? 77
§. I. Deum eſſe, non eſt demonſtrabile a priori. 77
§. II. Deum eſſe, eſt demonſtrabile a poſteriori. 77
Dubium Quartum. Expenduntur demonſtrationes, quibus probatur Deum eſſe. 78
§. I. De Atheiſmo. 78
§. II. Prima D. Thomæ demonſtratio ex motu. 78
§. III. Secunda ratio ab efficientia. 79
§. IV. Duæ aliæ D. Thomæ rationes. 79
§. V. Poſtrema D. Thomæ ratio. 80
§. VI. Ultimo perſtringitur Atheus ex S. Auguſtino. 80

QUÆSTIO SECUNDA.

De Unitate Dei.

Dubium Primum. An Deus neceſſario debeat eſſe unus? 81
§. I. Dei unitas aſſeritur. 81
§. II. Aliis rationibus unitas Dei demonſtratur. 81
§. III. Quædam ſolvuntur. 82
Dubium Secundum. De Polytheiſmo, & Idololatria. 82
§. I. Cultus falſus, ejuſque ſpecies. 82
§. II. Idololatriæ, ſeu Polytheiſmi origo. 83
Dubium Tertium. De falſitate Idololatriæ Paganorum. 83
§. I. Variæ opiniones Paganorum circa cultum Idolorum. 83
§. II. Refutantur omnes præfatæ de Diis opiniones. 84
§. III. Pro paganis aliqua adducuntur. 85
Dubium Quartum. De Polytheiſmo, & Idololatria Hebræorum. 87
§. I. De Idololatria Vituli in Deſerto. 87
§. II. Quid adoraverint Hebræi in Vitulo Aureo? 87
§. III. Referuntur fundamenta Voſſii, & Calvini, & refutantur. 88
§. IV. De aliis ſpeciebus Polytheiſmi apud Hebræos. 89
Dubium Quintum. De Polytheis apud Chriſtianos. 89
§. I. Polythei apud Chriſtianos recenſentur. 89
§. II. Refutantur prænarrati errores. 90
§. III. Adverſariorum motiva diſſipantur. 91

QUÆSTIO TERTIA.

De Eſſentia Dei.

Dubium Primum. Utrum Deus ſit Corpus? 93
§. I. Error Antropomorphitarum. 93
§. II. Veritas Catholica. 94
§. III. Antropomorphitarum fundamenta. 94
Dubium Secundum. An Deus ſit compoſitus? 94
§. I. An ex materia, & forma? 94
§. II. An ex Deo & Deitate? 95
§. III. An Deus componatur ex Eſſentia & eſſe? 96
§. IV. Alia genera compoſitionum a Deo excluduntur. 96
§. V. Deus an in compoſitionem aliorum veniat. 97
Dubium Tertium. Quodnam ſit conſtitutivum Metaphyſicum Dei? 97
§. I. Quædam prænotantur. 97
§. II. Statuitur aſſertio. 98
§. III. Solvuntur argumenta. 98
Dubium Quartum. An in Deo ſint omnes perfectiones, & quomodo? 100
§. I. Quænam prænotata. 100
§. II. Reſolutiones quæſiti. 100
§. III. An Deus, & Creatura ſimul ſint aliquid melius, & perfectius, quam Deus ſolus. 101

QUÆSTIO QUARTA.

De Divinis Attributis.

Dubium Primum. Quomodo Attributa inter ſe, & ab Eſſentia Dei diſtinguantur? 101
§. I. Varietas errorum, & opinionum. 101
§. II. Error Gilberti de diſtinctione reali. 101
§. III. Palamæ, & Palamitarum error. 102
§. IV. Error Eunomii. 103
§. V. Opinio Nominalium. 103
§. VI. Opinio Scoti. 104
§. VII. Rationes Scoti. 105
§. VIII. Opinio S. Thomæ, & communis. 108
§. IX. Diſtinctio rationis inter prædicata Divina, qualis ſit. 108
Dubium Secundum. An Deus ſit ſumme, & per eſſentiam bonus? 109
§. I. Quædam præmittuntur. 109
§. II. Reſolvitur Dubium. 109
Dubium Tertium. An Deus ſit ſimpliciter in genere entis infinitus? 110
§. I. Reſolvitur Dubium. 110
§. II. Reſolutio aliquorum. 110
Dubium Quartum. An Deus ſit immenſus. 111
§. I. Quædam præmittuntur. 111
§. II. Statuitur veritas. 111
§. III. Varii modi, quibus Deus eſt in rebus. 112
Dubium Quintum. An recte inferatur Dei præſentia in rebus ſecundum eſſentiam, quia in omnibus operatur eſſe. 112
§. I. Reſolutio Dubii. 113
§. II. Rationes Scoti ſolutæ. 113
§. III. An Deus actu ſit in ſpatiis imaginariis? 114
Dubium Sextum. An Deus ſit omnino immutabilis? 115
§. I. Statuitur veritas. 115
§. II. Solvuntur contraria. 116
Dubium Septimum. An Deus ſit æternus? 116
§. I. Quid ſit Æternitas? 116
§. II. Æternitas eſt duratio Dei propria. 117

TRACTATUS III.

De Viſione Dei.

QUÆSTIO PRIMA.

De Poſſibilitate Viſionis Dei.

Dubium Primum. An Deus naturaliter videri poſſit ab aliquo oculo creato? 118
§. I. Præmittuntur aliqua. 118
§. II. Reſolvitur de oculo Corporis. 118
§. III. Reſolvitur de oculo mentis. 118
§. IV. Solvuntur Objecta. 119
Dubium Secundum. An poſſit Deus talem ſubſtantiam creare, cui ſit connaturale videre Deum? 119
§. I. Status dubii aperitur. 119
§. II. Reſolutio Dubii. 119
§. III. Reſpondetur objectis. 120
Dubium Tertium. An ratione naturali cognoſci poſſit, viſionem Dei eſſe poſſibilem; & an hæc poſſit naturaliter appeti? 120
§. I. Reſolvitur prima pars. 120
§. II. Reſolvitur ſecunda pars. 121
§. III. Solvuntur aliqua contra hanc ſecundam partem. 121
Dubium Quartum. An ſaltem viribus ſupernaturalibus viſio clara Dei intellectui creato impoſſibilis ſit? 122
§. I. Errores referuntur. 122
§. II. Aſſertio Catholica. 122
§. III. Sanctus Joannes Chryſoſtomus defenditur. 123
§. VI. Alia objecta ſolvuntur. 123
Dubium Quintum. An Deus poſſit videri oculo corporeo ſupernaturaliter? 124
§. I. Referuntur ſententiæ. 124
§. II. Statuitur Concluſio. 124
§. III. Solvuntur argumenta ab auctoritate. 125
§. IV. Solvuntur argumenta a ratione. 126

QUÆSTIO SECUNDA.

De Exiſtentia Viſionis Dei.

Dubium Primum. An aliqui in hac vita fruiti ſint clara Dei viſione? 126
§. I. Oſtenditur, hoc poſſibile eſſe. 126
§. II. Statuitur aſſertio. 127
§. III. Solvuntur oppoſita. 127
Dubium Secundum. De Millenariorum errore. 128
§. I. Status Quæſtionis proponitur. 128
§. II. Catholica veritas contra Millenarios. 128
§. III. Millenariorum fundamenta. 129
Dubium Tertium. An Viſio clara Dei, & Beatifica differenda ſit Sanctis uſque poſt extremum Judicii diem? 130
§. I. Quædam prænotanda. 130
§. II. Statuitur Veritas, & probatur. 130
§. III. Reſpondetur objectis. 131
§. IV. Joannes XXII. vindicatur. 132

QUÆSTIO TERTIA.

De uno Beatificæ Viſionis principio, nempe ſpecie intelligibili.

Dubium Primum. An Beati videant Deum per aliquam ſpeciem creatam? 132
§. I. Aliqua prænotantur. 132
§. II. Reſolvitur de ſpecie impreſſa, & expreſſa. 133
§. III. Solvuntur Argumenta. 133
Dubium Secundum. An ſit poſſibilis ſpecies creata, quæ Deum, ut eſt in ſe, repræſentet? 133

§. I. Ratio controverſiæ. 133
§. II. Reſolutio difficultatis 134
§. III. Solvuntur argumenta contraria. 134

QUÆSTIO QUARTA.

De Lumine Gloriæ.

Dubium Primum. An Intellectus creatus ad videndum Deum aliquo creato lumine indigeat? 135
§. I. Quid nomine Luminis Gloriæ intelligatur? 135
§. II. Reſolutio dubii. 136
§. III. Reſolutio objectionum. 136
Dubium Secundum. An ſaltem de potentia Dei abſoluta poſſit intellectus creatus ſine Lumine Gloriæ videre Deum? 137
§. I. Reſolurio Dubii. 137
§. II. Solutio Objectionum. 137
§. III. Mens D. Thomæ. 138
Dubium Tertium. An intellectus creatus propria & nativa virtute ſaltem partialiter proxime influat in Viſione Dei; an vero tota virtus proxima habeatur a Lumine Gloriæ. 138
§. I. Quibuſdam prænotatis referuntur ſententiæ. 138
§. II. Statuitur aſſertio. 139
§. III. Adverſariorum rationes. 139
Dubium Quartum. An videntium Divinam Eſſentiam unus alio perfectius videat? 140
§. I. Referuntur errores. 140
§. II. Catholica veritas. 140
§. III. Joviniani fundamenta. 141
Dubium Quintum. Unde ſumatur inæqualitas in videndo Deum? 141
§. I. Referuntur opiniones. 141
§. II. Sententia D. Thomæ. 142
§. III. Sententia D. Thomæ roboratur ratione. 142
§. IV. Reſpondetur oppoſitis. 142

QUÆSTIO QUINTA.

De Objecto Viſionis Beatificæ.

Dubium Primum. An Deus ab intellectu creato comprehendi poſſit? 143
§. I. Quædam præmittuntur. 143
§. II. Statuitur aſſertio. 143
§. III. Solvuntur argumenta. 143
Dubium Secundum. Quid Beati in Deo videant: an Deum ſimul unum, & trinum: & an aliter de poſſibili contingere queat? 144
§. I. Reſolvitur prima pars. 144
§. II. An de facto videant, quæ virtualiter in Deo ſunt? 145
§. III. An de potentia Dei abſoluta poſſit Beatus videre unum prædicatum Divinum abſolutum, ſive relativum ſine alio, vel abſolutum ſine relativo? 145
§. IV. Reſpondetur Scotiſtarum momentis. 146
Dubium Tertium. Quænam præter Deum Beati in Verbo videant? 146
§. I. Quid ſit videre Creaturas in Verbo. 147
§. II. Enumerantur res, quæ a Beato videntur. 147
§. III. An Beati videant in Deo omnia Decreta Dei. 148

TRACTATUS IV.

De Deo Sciente.

QUÆSTIO PRIMA.

De exiſtentia, & eſſentia divinæ Scientiæ.

Dubium Primum. An in Deo ſit Intellectus, ſeu an Deus ſit naturæ intellectivæ. 149
§. I. Reſolutio dubii. 149
§. II. Examinatur ſpecialis D. Thomæ ratio. 149
§. III. Solvuntur ea, quæ militant contra præfatam D. Thomæ rationem. 149
§. IV. Aliqua de divino Intellectu reſolvuntur. 150
Dubium Secundum. An detur in Deo Scientia vere talis. 151
§. I. Excluditur a Deo Scientia per modum habitus. 151
§. II. Aſſeritur in Deo Scientia per modum actus a priori. 151

§. III. Quorum Deus Scientiam habeat. 152
§. IV. Reſolvitur de Scientia a poſteriori. 153

QUÆSTIO SECUNDA.

De objecto Scientiæ, & Intellectus Domini.

Dubium Primum. An creaturæ ſpectent ad objectum primarium? 153
§. I. Reſolutio negativa. 153
§. II. Reſpondetur argumentis oppoſitis. 153
Dubium Secundum. An Attributa pertineant ad objectum primarium Divini Intellectus. 154
§. I. Reſolutio dubii. 154
§. II. Proponuntur, & ſolvuntur objecta. 154

QUÆSTIO TERTIA.

De modo, & medio cognitionis divinæ.

Dubium Primum. An Deus cognoſcat ſe modo comprehenſivo. 155
§. I. Reſolvitur quæſtio. 155
§. II. Solvuntur argumenta. 155
Dubium Secundum. Quo medio Deus cognoſcat creaturas poſſibiles. 155
§. I. Deus cognoſcit creaturas propria cognitione. 155
§. II. Aſſignatur medium quo Deus creaturas cognoſcit. 156
Dubium Tertium. De medio in quo Divinæ cognitionis. 156
§. I. Reſolutio Dubii. 156
I. II. Solvuntur objectiones. 157
Dubium Quartum. An Deus poſſit cognoſcere creaturas immediate in ſeipſis, ut in medio. 157
§. I. Reſolutio Dubii. 157
§. II. Solvuntur objectiones. 158

QUÆSTIO QUARTA.

De diviſione, & cauſalitate Scientiæ Divinæ.

Dubium Primum. De diviſione Scientiæ Divinæ in Scientiam Viſionis, & Simplicis Intelligentiæ. 159
§. I. Quædam prænotantur. 159
§. II. Reſolvitur quæſtio. 159
§. III. Satisfit objectionibus. 159
§. IV. An Scientia Viſionis, & Simplicis Intelligentiæ ſint duo attributa virtualiter diſtincta. 159
Dubium Secundum. Quomodo ea, quæ non ſunt, ſed erunt, aut fuerunt, coexiſtant Scientiæ Viſionis Dei. 160
§. I. Prænotantur aliqua. 160
§. II. Statuitur aſſertio, & probatur ex Patribus. 160
§. III. Probatur ex D. Thoma. 160
§. IV. Probatur aſſertum ratione. 161
§. V. Reſpondetur adverſæ opinionis fundamentis. 161
Dubium Tertium. An Scientia Dei ſit cauſa rerum, & quomodo? 163
§. I. Quæſtio certa reſolvitur. 163
§. II. Quomodo Scientia Dei ſit cauſa rerum. 164
§. III. An Deus ſciat res, quia futuræ ſunt. 164
Dubium Quartum. An Scientia Dei ſit formaliſſima ipſa potentia immediate executiva, & productiva. 166
§. I. Reſolvitur de natura Divina. 166
§. II. An potentia operativa ſit a linea intellectiva, & volitiva diſtincta. 166
§. III. An potentia operativa Dei formaliter, & in recto conſiſtat in Intellectu, an in Voluntate. 167
Dubium Quintum. An Scientia, qua Deus cauſat res, ſit Scientia Viſionis, an Simplicis Intelligentiæ. 168
§. I. Prænotantur aliqua. 168
§. II. Reſolvitur de actibus ſcientiæ præcedentibus imperium. 168
§. III. Reſolvitur de actu imperii executivi. 168

QUÆSTIO QUINTA.

De Divina Scientia circa futura contingentia abſoluta.

Dubium Primum. An Deus cognoſcat futura contingentia abſoluta. 169
§. I. Quædam prænotantur. 169
§. II. Veritas Catholica. 169
§. III. An præſentia futurorum in æternitate requiratur, ut Deus certo illa cognoſcat. 170
§. IV. An Scientia Dei de futuris contingentibus ſalvet eorum contingentiam? 171

Dubium Secundum. An Deus cognoſcat futura contingentia abſolura in ſua eſſentia, & divinis pro priori ad ſuum Decretum exercite exiſtens? 172
§. I. Non cognoſcit in eſſentia pro priori ad Decretum. 172
§. II. Non in Decreto ut futuro. 172
Dubium Tertium. An Deus cognoſcat futura ante Decretum in ſupercomprehenſione voluntatis creatæ? 173
§. Reſolutio negativa. 173
§. II. Fundamenta Molinæ. 174
Dubium Quartum. An Deus certo ſciat futura abſoluta libera in eorum veritate objectiva pro priori ad Decretum. 174
§. I. Reſolutio negativa. 174
§. II. Solvuntur argumenta. 175
Dubium Quintum. An Deus cognoſcat certo futura contingentia abſoluta in Decreto ab intrinſeco efficaci ſuæ Voluntatis? 176
§. I. Firmatur reſolutio Auctoritate. 176
§. II. Firmatur concluſio ratione. 176
§. III. Fundamenta oppoſitæ ſententiæ. 177

QUÆSTIO SEXTA.

De Scientia futurorum contingentium conditionatorum.

Dubium Primum. An Deus futura conditionata contingentia certo cognoſcat? 178
§. I. Præmittuntur aliqua. 178
§. II. Aſſertio prima. 178
§. III. Secunda Aſſertio. 179
§. IV. Fundamenta contrariæ ſententiæ. 179
Dubium Secundum. An circa contingentia conditionata ſint admittenda in Deo Decreta, abſoluta quidem ex parte ſubjecti, ſed conditionata ex parte objecti? 181
§. I. Status difficultatis. 181
§. II. Aſſertio affirmativa. 181
§. III. An pro priori ad Decretum ſubjective in Deo exiſtens poſſit Deus futura conditionata certo cognoſcere. 182
§. IV. Contrariorum fundamenta contra primam aſſertionem. 182
Dubium Tertium. An futura contingentia conditionata cognoſcat Deus per ſcientiam, quam vocant Mediam? 183
§. I. De origine, & progreſſu Scientiæ Mediæ. 183
§. II. Scientia Media quid ſit. 184
Dubium Quartum. An Scientiæ Mediæ faveant Scripturæ? 184
§. I. Reſolutio Dubii. 184
§. II. Exponuntur Scripturæ loca, quæ videntur favere Scientiæ Mediæ. 185
Dubium Quintum. An Scientiæ Mediæ faveat Sanctus Auguſtinus? 187
§. I. Reſolutio negativa. 187
§. II. Quanta in hac materia ſit D. Auguſtini auctoritas? 189
§. III. Quæ ex S. Auguſtino pro Scientia Media referantur. 190
Dubium Sextum. An D. Thomas Scientiam Mediam admiſerit. 192
§. I. Reſolvitur negative. 192
§. II. Solvuntur ea, quæ ex Div. Thoma afferuntur. 192
Dubium Septimum. An Scientiæ Mediæ ratio ſuffragetur? 193
§. I. Sententia negans velut a priori aſſeritur. 193
§. II. Ab inconvenientibus Scientia media impugnatur. 194
§. III. Fundamenta Scientiæ Mediæ. 195
Dubium Octavum. An Scientia media admittenda ſit in Deo pro Angelis Viatoribus, & pro Homine in ſtatu Innocentiæ. 195
§. I. Status Quæſtionis. 195
§. II. Reſolutio Dubii. 196
§. III. Fundamenta contraria. 196

TRACTATUS V.

De Divina Voluntate.

QUÆSTIO PRIMA.

De Exiſtentia, Objecto, Diviſione Divinæ Voluntatis.

Dubium Primum. An efficaciter probet D. Thomas, eſſe in Deo Voluntatem. 198
§. I. Quod in Deo ſit Voluntas. 198
§. II. Ratio, qua D. Thomas probat in Deo voluntatem. 199
§. III. Quomodo Voluntas in Deo ſit. 199
Dubium Secundum. Quodnam ſit Divinæ Voluntatis objectum. 199
§. I. Deus amat non ſolum ſe, ſed etiam alia. 199
§. II. De Objecto formali, & motivo Divinæ Voluntatis. 200
§. III. Contraria diluuntur. 200
§. IV. An objectum formale Divinæ Voluntatis ſit bonitas ſolius eſſentiæ Divinæ. 200
Dubium Tertium. An Deus amet omnes creaturas. 201
§. I. De creaturis præſentibus, præteritis, & futuris. 201
§. II. De amore Dei erga poſſibilia. 201
§. III. Contrariis ſit ſatis. 201
Dubium Quartum. De variis Divinæ Voluntatis diviſionibus. 202
§. I. Quæſiti reſolutio. 202
§. II. De voluntate antecedente, & conſequente. 202

QUÆSTIO SECUNDA.

De voluntate Dei circa hominum ſalutem.

Dubium Primum. An detur in Deo voluntas antecedens ſalvandi omnes. 203
§. I. Reſolutio Dubii. 203
§. II. Argumenta contraria. 204
Dubium Secundum. An Chriſtus mortuus ſit ex animo, & voluntate antecedente ſalvandi omnes? 205
§. I. Janſeniſmi ortus, & progreſſus. 205
§. II. Janſenius quinque Propoſitionum damnatarum vere auctor. 206
§. III. Thomiſtæ Janſenio, & Janſeniſtis in materia Gratiæ, & Liberi arbitrii contrarii. 206
§. IV. Chriſtus pro omnibus Sanguinem fudit. 207
§. V. Fundamenta Janſenii evertuntur. 208
§. VI. An etiam pro parvulis decedentibus ſine baptiſmo mortuus ſit Chriſtus. 211
Dubium Tertium. An ex voluntate antecedente ſalutis omnium omnibus adultis conferantur auxilia ſufficientia. 213
§. I. Errores, ac opiniones. 213
§. II. Reſolutio Dubii contra quoſdam Theologos. 223
§. III. Contra Janſenium de Juſtis. 214
§. IV. De peccatoribus obcœcatis, & obduratis. 215
§. V. De Infidelibus. 216
§. VI. Defenduntur ſtatuta §. 2. 218
§. VII. Defenduntur, quæ dicta ſunt §. 3. de Juſtis. 219
§. VIII. Propugnantur quæ §. 4. de peccatoribus obſtinatis, obcœcatis, & infidelibus ſtatuta ſunt. 220
§. Ultimus. Quo titulo debeantur omnibus auxilia ſufficientia ad ſalutem. 222

QUÆSTIO TERTIA.

De immutabilitate, & libertate Divinæ Voluntatis.

Dubium Primum. An voluntas Dei ſit immutabilis. 223
§. I. Veritas Catholica. 223
§. II. Solvuntur quæ contraria ſunt. 223
Dubium Secundum. An Deus ſit liber. 224
§. I. Reſolutio affirmativa. 224
§. II. Concordia Divinæ libertatis cum ejus immutabilitate, & æternitate. 225
§. III. Solvuntur aliqua in contrarium obſtantia. 225
Dubium Tertium. Circa quæ Divina voluntas libera ſit. 225
§. I. Non eſt libera reſpectu Divinorum. 225
§. II. Voluntas Divina circa res creatas libera eſt. 226
Dubium Quartum. Per quid actus liber Dei conſtituantur formaliter in ratione liberi. 226
§. I. Opinionum varietas. 226
§. II. Reſolutio Dubii. 226
§. III. Contrariæ ſententiæ fundamenta. 227
Dubium Quintum. An Divina Voluntas potuerit ab æterno manere omnino ſuſpenſa circa creaturas, ita ut potuerit illas nec velle, nec nolle. 228
§. I. Quædam præmittuntur. 228
§. II. Noſtra ſententia. 229
§. III. Sententiæ oppoſitæ fundamenta. 229

QUÆSTIO QUARTA.

De cauſalitate, & efficacia Divinæ Voluntatis.

Dubium Primum. An Divina voluntas Decreto per ſe & ab intrinſeco efficaci determinet voluntates creatas ad ſuos actus? 230
§. I. Quædam prænotantur. 230
§. II. Noſtra Sententia ex Scripturis. 230
§. III. S. Auguſtinus pro efficacia Divinæ Voluntatis. 231
§. IV. Sanctus Thomas pro efficacia Voluntatis Divinæ. 231
§. V. Rationes pro eadem efficacia. 232
§. VI. Fundamenta contraria ex Scriptura, & Patribus. 233
§. VII. Fundamenta contraria ex ratione. 236
Dubium Secundum. An Decretum Dei per ſe efficax cohæreat cum libertate creata? 237
§. I. Statuitur Concluſio. 237
§. II. Solvuntur argumenta. 238
§. III. Solvuntur duo poſtrema argumenta. 242

TRACTATUS VI.

De Deo Proviſore, & prædeſtinante.

QUÆSTIO PRIMA.

De Divina Providentia in Generali.

Dubium Primum. An in Deo ſit Providentia. 246
§. I. Veritas aſſeritur, & probatur. 246
§. II. An Providentia Dei ſit ſolum ratio mediorum, an vero etiam finis? 246
Dubium Secundum. An omnia ſint ſubjecta Divinæ Providentiæ? 247
§. I. De ſingularibus corruptibilibus. 247
§. II. Objecta contra dicta. 248
§. III. De cauſis liberis. 248
§. IV. Objecta proponuntur. 248
§. V. De Peccatoribus, & peccatis. 249
§. VI. Solvuntur Objecta. 249
§. VII. An Deus immediate omnibus provideat? 250
§. VIII. De actibus humanis. 250
Dubium Tertium. An providentia ſit formaliter actus Intellectus, vel Voluntatis? 251
§. I. Non conſiſtit æqualiter in utroque actu. 251
§. II. An Providentia formaliter conſiſtat in ſolo actu Intellectus, præſupponente actum voluntatis? 251
§. III. Solvuntur oppoſita. 252
Dubium Quartum. In quonam ex actibus Intellectus formaliter conſiſtat Providentia. 253
§. I. Quædam pro Intelligentia exponuntur. 253
§. II. An Providentia conſiſtat in ſcientia Media eventus. 253
§. III. Noſtra reſolutio. 254
§. IV. Repelluntur militantia contra dicta. 255

QUÆSTIO SECUNDA.

De exiſtentia, & eſſentia Providentiæ Prædeſtinativa.

Dubium Primum. An homines prædeſtinentur a Deo? 255
§. I. Prædeſtinationis nomen. 255
§. II. Circa exiſtentiam Prædeſtinationis errores varii. 256
§. III. Exiſtentia Prædeſtinationis. 256
§. IV. Afferuntur contraria. 257
§. V. An aliqui ſalvandi ſint, qui prædeſtinati non fuerint. 258
Dubium Secundum. De Eſſentia, & Objecto Prædeſtinationis. 259
§. I. Definitur Prædeſtinatio. 259
§. II. De Objecto formali Prædeſtinationis. 259

QUÆSTIO TERTIA.

De cauſis Prædeſtinationis.

Dubium Primum. An Prædeſtinatio ad Gratiam ſit Gratuita. 260
§. Pelagii Perſona, & errores. 260
§. II. Semipelagiani eorumque errores. 261
§. III. Aſſertiones contra Pelagianos, & Semipelagianos. 262
§. IV. Pelagianorum, & Semipelagianorum momenta ſoluta. 263
Dubium Secundum. An homines prædeſtinentur ad gratiam ex operibus moraliter bonis de congruo Deum moventibus? 264
§. I. Reſolutio Dubii. 264
§. II. Contraria fundamenta. 265

Dubium Tertium. An prædeſtinatio ad Gloriam ſit prorſus gratuita? 267
§. I. Sententiarum varietas. 267
§. II. Prædeſtinatio parvulorum, & eorum reprobatio. 268
§. III. Statuitur cauſa Prædeſtinationis Adultorum ad Gloriam. 268
§. IV. Electio Prædeſtinatorum ad Gloriam gratuita ex Scripturis. 269
§. V. Gratuita Prædeſtinatio ex Paulo Rom. 9. 270
§. VI. Evaſiones contrariæ propoſitæ, & rejectæ. 270
§. VII. Prædeſtinatio gratuita ex Patribus. 271
§. VIII. Rationes pro Prædeſtinatione gratuita. 274
§. IX. Contrariorum argumenta ex Scriptura, & Patribus. 276
§. X. Solvuntur argumenta ex ratione. 279
Dubium Quartum. De effectibus Prædeſtinationis. 281
§. I. Quædam prænotantur. 281
§. II. De ſubſtantia Prædeſtinationis. 282
§. III. De Donis ſupernaturalibus. 282
§. IV. De malis naturæ, pœnæ, & permiſſione peccati. 283

QUÆSTIO QUARTA.

De Reprobatione.

Dubium Primum. An ſit Reprobatio, & quid ſit? 284
§. I. Deus aliquos reprobat. 284
§. II. Quid ſit Reprobatio. 285
Dubium Secundum. An Deus reprobet ante, vel poſt prævîſionem demeritorum? 285
§. I. Error Calvini rejicitur. 285
§. II. Recenſentur Opiniones. 286
§. III. Reſolutio de Reprobatione poſitiva. 286
§. IV. De Reprobatione negativa. 286
§. V. Objecta contra dicta. 287
Dubium Tertium. De effectibus reprobationis. 289
§. I. Aliqua præmittuntur. 389
§. II. Reſolutio Dubii. 289
§. III. Aliqua pro coronide reſolvuntur. 289

TRACTATUS VII.

De Deo Trino, ſeu de Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterio.

QUÆSTIO PRIMA.

De Exiſtentia Myſterii Trinitatis.

Dubium Primum. An Trinitas Perſonarum ſit in Deo? 291
§. I. Recenſetur errores. 291
§. II. Trinitas ex Veteri Teſtamento. 292
§. III. Trinitas ex Novo Teſtamento. 294
§. IV. Anti-Trinitariorum argumenta ſoluta. 295
Dubium Secundum. De Unitate naturæ in Trinitate. 297
§. I. Ariana Hæreſis. 297
§. II. Verbi Divinitas ex Scripturis. 297
§. III. Arianorum, ac Socinianorum momenta. 301
§. IV. Trium priorum ſæculorum Patres Græci. 303
§. V. Trium ſæculorum Patres Latini. 304
Dubium Tertium. Varia circa Arianorum cauſam examinantur. 305
§. I. De Concilio Nicæno primo. 305
§. II. De voce Homouſion. 305
§. III. De geſtis poſt Nicænam Synodum. 307
§. IV. De aſſerto Oſii, & Liberii lapſu. 307
Dubium Quartum. De Divinitate Spiritus Sancti. 309
§. I. Hæreſis Macedoniana. 309
§. II. Spiritus Sancti Divinitas ex Scripturis. 309
